



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Annales Eberhardi De Inferiori Altach, Ratisponensis Ecclesiae Archidiaconi
Ab Imperatore Rudolpho Habsburgio Sive Ab Anno 1273. vsque ad annum
1305. Nunc primum editi Ex Codice Manuscripto Augustani ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

ANNALES
EBERHARDI
DE INFERIORI
ALTACH,
RATISPONENSIS ECCLE-
SIE ARCHIDIACONI

AB

IMPERATORE RVDOLPHO
HABSPVRGIO SIVE

AB

Anno 1273. vsque ad annum 1305.

Nunc primum editi.

EX


CODICE MANVS SCRIPTO AVGVSTA-
ni Monasterij SS. Afra & Vdalrici.



Q9

AD

Handwritten notes on the book's spine, including the numbers 579, 514, and 24.



AD LECTOREM.

IN eodem m. s. codice monasterij S. Valerij
 quuntur hi annales Eberhardi: quos qui legere
 & conferre voluerit cum iis, quae Francofurti
 editio ab anno 1273. nomine Heinrici Stero
 edidit; mirabitur sanè in tam multis ad
 bum conuenire. Licet enim noster hic m. s. multis partibus aut
 sit, tamen necesse est, ut vel Stero Eberhardum, vel hic illum
 rit, & quaedam transcripserit. Nos summa fide ex m. s. d. m. s.
 berhardum, qui hactenus lucem non vidit: quam inferre historia
 illius cui aptus natus est. Mentio huius est in Bibli-
 theca Gesneri his verbis: Eberhardus
 Ratisponensis diaconus hi-
 storiam quandam
 scripsit.



ANNALES

EBERHARDI ALTA-
HENSIS, RATISPONEN-
SIS ECCLESIAE ARCHI-
DIACONI,

Nunc primum editi ex m. s. Augustano.

VIA ea, quæ in patria nostra scilicet Bavaria à tempore electionis Rudolphi Romanorum Regis gesta sunt, in multis locis quæsiui, nec scripta reperi, ego Eberhardus, natus de inferiori Altach, Ratispontensis Ecclesiæ Archidiaconus, iuxta Hismeniū mihimetiplicanens, illa quæ requirendo scire poteram vel audiendo, & digna reputaui memoria, hîc fideliter annotaui.

Anno Domini M. CC. LXXIII.

Mortuo Richardo Romanorum Rege Principes Imperij circa Octauam S. Michaëlis ad eligendum alium Regem in Frankenhfurt conuenerunt, & dum omnes qui vocandi erant interessent, præter Heinricum Ducem Bauariæ, qui & solenes miserat nuncios, & per ratihabitionem suam eadem electioni præbuit consensum, electus est Rudolphus Comes de Habspurch in Romanum Regem, postea in Imperatorem consecrandus. Qui Rudolphus statim exegit à Principibus, Clericis ac Laicis fidei iuramentum, quod cum recusarent propter sceptri absentiam, ipse electus signum Crucis accipiens talia dixisse fertur: Ecce signum, in quo nos & totus mundus est redemptus; & hoc signo

Qq. 2 vta-

GENU
SII
mym,
SIV
24

* pridem.

vtamur loco sceptri: & deosculatâ Cruce omnes Principes tam spirituales quam sæculares ipsam Crucem loco sceptri osculantes, recipientes feuda, sibi fidelitatis iuramentum præstiterunt. Ipse etiam Rex adhuc existens in palatio quensi, ad quod iam * pridie intronizatus à Principibus fuerat, duas filias suas, vnam Domino Ludvico Comiti Palatino Rheni, alteram Duci Saxonie matrimonialiter copulauit.

Eodem anno Rex Bohemie Otakerus & Henricus Dux Bavarie ad plenam concordiam redierunt, Regem Bohemie de castro in Scherding, & quibusdam iuribus, quæ pertinebant ad Ducem, refutationem faciente. Ipsi etiam contra omnem hominem huiusmodi iurauerant mutuo iuuare.

Anno Domini M. CC. LXXIV. Ad Curiam nostram Regis in Franchenfurt Principes euocantur.

Anno Domini M. CC. LXXIV. Celebratum est generale Concilium apud Lugdunum per Gregorium Papam decimum, cui interfuerunt plus quam DCC. Episcopi & Abbates & Præpositi, cæteri que Ecclesiarum Prælati in numero copioso. Item eidem concilio interfuerunt solennes nuncij seu Procuratores Græcorum, quæ coram toto Concilio Symbolum Niceni Concilij, Creditum in vnum Deum: quod à suo veteri errore, quo dicebant Spiritum sanctum tantum à Patre, & non à Filio procedere se recessisse demonstrarent; & velle credere, quod sancta mater Romana & orthodoxa Ecclesia credit & prædicat scilicet quod Spiritus sanctus à Patre & Filio æterna spiratione procedit. Sicut patet per Decretalem, quæ super hoc est in eodem Concilio promulgata, cuius tenor talis est: Fideli ac deuota professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex discipulo

bus principiis, sed tanquam ex vno, non duabus spirationibus sed vna spiratione procedit. Hoc professa est hæc tenus prædicavit & docuit sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium & magistra, hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ ignorantiam veritatis in errores varios sunt prolapsi, nos huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes, sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes, qui negare præsumperint, eternaliter Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere; siue etiam ausu temerario asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio tanquam ex duobus principiis non tanquam vno procedat. Sed ipsi Græci ab hoc fide & promissione subito recesserunt, propter quod Dominus Papa Martinus in vrbe veteri eos excommunicatos nunciavit, vt patet in litera subsequenti. Martinus Episcopus seruus seruorum Dei ad certitudinem præsentium & memoriam futurorû Michaëlem Palleologum, qui Græcorum Imperator nominatur, tanquam eorundem Græcorum antiquorû schismaticorum, & in antiquo schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum, nec non & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem de fratrum nostrum consilio denunciamus præfente ac fidelium multitudine copiosa excommunicationis sententiam, latam à canone incurrisse ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterû vniuersis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & ceteris omnibus cuiuscunque sint præminentia, conditionis, aut status; nec non vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum, districtius inhibemus, ne cum eodem Michaële Palleologo in huiusmodi excommunicatione manente societatem vel confœ-

Q 93

dera-

Q 93
S 11
S 12
24

derationem aliquam contrahere sub quouis ingenio, vel
 machinatione præsumant, vel etiam ei alias in his, pro quibus
 excommunicatus est, denunciatus à nobis, præstare cõ-
 filium, auxilium vel fauorem publicum vel occultum. Et si
 secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas con-
 trarium facientes, non obstante qualibet indulgentia, si-
 quacunq; forma verborum vel expressione ipsis ab Aposto-
 lica sede concessa vel in posterum concedenda, quam quoad
 ad hoc viribus volumus omnino carere, sententiã excom-
 municationis, quam exnunc in ipsos ferimus, volumus
 incurrere ipso facto. Terras autem ipsorum nec non uni-
 uersitates prædictas, quæ secus attentare præsumpserint,
 prout expedire viderimus Ecclesiastico subijcere curabimus
 interdicto ad priuationem omnium bonorum, quæ
 quibuslibet tenentur Ecclesijs. Et ad pœnas alias spirituales
 & temporales, prout vtile putabimus processuri, & nihilominus
 societates confœderationum ipsas, etiam si pœnarum
 & iuramenti adiectione, vel quacunq; fuerint alia fir-
 mitate vallatæ, decernimus irritas & inanes. Ut autem huius-
 iusmodi noster processus ad communem omnium notitiam
 deducatur, chartas siue membranas processum continentes
 eundem, in maioris Vrbenetane Ecclesię appendi vel affigere
 ostijs seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum
 quasi sonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, ita
 quod idem Palæologus, & alii contra quos processus ipse
 contigit, nullam possint postmodum excusationem præ-
 dere, quod ad costalis processus non peruenerit, vel quod
 ignorauerint eundem, cum nõ sit verisimile remanere quoad
 ad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omni-
 bus publicatur. Actum apud Urbem veterem in platea di-
 ctæ maioris Ecclesię in festo dedicationis Basilicæ Princi-
 pis Apostolorum, Pontificatus nostri anno primo. Itẽ quia
 in

in partibus Alemannia & forsitan in aliis etiã in qua cõ-
suetudo inoleuerat, de impignorationibus, in quibus vnus
pro alio siue innocens pro nocente indebitè prægrauatur.
contra impignorantes huiusmodi idem Papa Gregorius in
eodem concilio edidit Decretalẽ, cuius tenor est talis. Et si
impignorationes, quas vulgaris elocutio Represalias nomi-
nat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tanquam gra-
ues legibus & æquitati naturali contrariæ, ciuili sunt con-
stitutione prohibitæ; vt tamen earum prohibitio in per-
sonis Ecclesiasticis tantò amplius timeatur quantò in illis
specialius inhietur, eas concedi contra personas prædi-
ctas seu bona ipsarum, aut quantumcunq; generaliter præ-
textu cuiusuis consuetudinis, quam potius reputamus abu-
sum, fore concessas, ad illas extendi præsentis decreto distri-
ctius inhiemus. Illi autẽ, qui contra fecerint aduersus per-
sonas easdem impignorationes seu represalias concedẽdo
vel extendendo ad eas, nec præsumptionẽ huiusmodi reuo-
cauerint à concessionis vel extensionis tempore infra mē-
sem, si personę singulares fuerint, sententiam excommuni-
cationis incurrant: Si verò vniuersitas, Ecclesiastico subia-
ceat interdicto. Ex hac tamẽ salubri constitutione modica
prouenit utilitas, vel quia rite post Concilium in Prouinciis
publicata nõ excitat, vel quia excommunicationis præcipitiũ
à malis hominib. non timetur. Item pro subsidio terrę san-
ctę imposita fuit in eodẽ Concilio omnibus Ecclesiis & Mo-
nasteriis, nõ tamẽ Xenodochiis nec Orphanotrophis, solu-
tio decimarũ omnium prouentuum Ecclesiasticorũ per sex
annos continuos idẽ Conciliũ subsequentes. Quę decima,
quãuis studiosè exacta fuerit & recepta, nõ tamẽ est euidẽs,
quę utilitas terrę sanctę exinde fuerit procurata. Post idem
Conciliũ prædictus Papa Gregorius accessit apud Losannã
Rudolphũ electũ per Principes Alemannię in Romanorum
Regem,

Caro
S. J. J.
m. g. m. m.
S. J. V.
24

Regem, & electionem de ipso factam confirmavit, sibi
 men & dignitatem regiam ascribendo, & promissit
 Imperatorem postea consecrare.

Anno Domini M. C. C. LXXVII,

*Austriam Ru-
 dolfum recupere-
 rat.*

Cum prædicto Rudolpho Romanorum Rege
 Comites & Barones & communitates ciuitatum & civitatum
 de Rheno, Franconia, Sueuia, & Bauaria, se sponte subie-
 derunt, ei fidelitatis iurando homagia, castraque & civita-
 tes & terras quas tempore vacantis Imperij, scilicet à
 temporibus Friderici olim Imperatoris occupatas tenuerant
 sibi voluntariè resignarunt. Otakerus quintus Bohemorum
 Rex, qui Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolum, &
 ac Portum Naonis tempore vacantis Imperij tenuerat, non
 signare noluit, dicens quod easdem terras, bona fide
 suo titulo possideret, ac ex mandatis & commissionibus
 postolorum, qui tempore suo fuerant, contra insultus
 Ungarorum, Comanorum & Tartarorum per xxv. annos
 cum grauib. sumptibus & laboribus, imò & multa
 pensa suorum sanguinis defensasset. Quam allegationem
 Rudolphus Rom. Rex non aduertit, sed validum exercitum
 congregans intrauit terram Austriæ, euntibus secum
 exercitu Moguntino, & Colonienfi Archiepiscopis, He-
 bipolensi, Ratisponensi, Patauiensi Episcopis, Ludwico
 Comite Palatino Rheni, Heinrico Duce Baiuariae, &
 multis nobilibus de Rheno, Franconia, & Sueuia. Ecce
 tates ibidem & castra se suo dominio subdiderunt, excep-
 tate Viennensi, quam etiam obsidione cinxit, nec
 men per violentiam cepit, sed per quoddam arbitrium
 ipsi ambo Reges inierunt, incepit ipsam ciuitatem Vienne-
 nensem, & totam terram Austriæ trans Danubium versus
 meridiem pacificè possidere, altera parte eiusdem traiectionis
 Danubium versus Aquilonem siue Bohemiam eidem Rege
 Bohemorum.

Bohemiæ per idem arbitrium remanente. Tandem per tres vel duos annos, prædicto scisso arbitrio, præfatus Rex Bohemiæ de terris suis, scilicet Bohemia & Moravia, & etiam de aliis terris scilicet Polonia, Pomerania, Saxonia, Michsna fortem exercitum congregans castrametatus est super flumine March in campo qui dicitur Marchueldt, prope Cisteldarff. & cum idem Rex Bohemiæ cum Rudolfo Romanorum Rege de mane congredi cogitaret, ecce multi nobiles de parte aduersa ipsum Regem Bohemiæ præmonuerunt literis & nunciis dicentes, quod in ipsa congressione nobiles sui essent eum prodicionaliter in manus hostium tradituri: quod cognoscens idem Rex Bohemiæ nobiles suos ad se in suum conuocauit tentorium, & se eis inermem omnimodis præsentauit dicens: Ecce inermis in conspectu vestro sto, & licet de fidelitate vestra non diffidam, tamen si cui contra me prodicionis vel iniquæ factionis esset voluntas, melius existeret, vt me nunc solum occideret, quàm quod cras mecum in bello multa millia hominum moriantur. Sed ipsi nobiles multis iuramentis, se ipsi velle fideliter assistere, promiserunt. Item idem Rex Bohemiæ cuidam strenuo militi promisit plurima se daturum, si vel Romanum Regem, vel saltem equum eius occideret in congressu, qui miles hac promissione accepta, cuneum fortissimorum militum penetrans, ipsum Regem Romanorum vehementi ictu ad terram prostrauit, & equum eius occidit. Sed nobiles qui latus Regis stipauerant, eundem captiuauerunt militem, & Regem in equo alio locauerunt. Sed ecce mirabilem prædicti Romanorum Regis clementiam, quia eundem militem sibi captiuum præsentatum postea abire permisit illæsum, dicens quod Reipublicæ damnum esset, si miles adeo fortis & strenuus deperiret. Ipso etiam Rege Romanorum, deuinctis sibi Vn-

Rr

garo-

Ottocarus ce-
sus. An. Syl. in
Bohemia c. 27.

garorum & Comanorum Regibus, & nobilibus de Rheni
Franconia, & Suevia, conflictu habente cum predicto Re-
ge Bohemiae, ipse Rex Bohemiae est occisus & inter cae-
uera mortuorum nudus omnimodis est inuentus, anno Do-
mini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, sep-
timo *Kalendas Septembris*. Idem enim Rex Bohemiae nobilitatem
& populum predictarum terrarum Bohemiae, Austriae, Mo-
rauiam, Styriae, Karinthiae & Carniolae, qui ante sua tempora
rapinis & spoliis assueti fuerant, multa austeritate compo-
scuit, & sine delectu personarum in seueritate iustitiae ita ma-
gnum iudicauerat sicut paruum, & ob hoc predicti nobilitatem
eum latenter habentes odio, deseruerunt aciem, ac ipsi cum
paucis expositum hostibus dimiserunt, quod cum ipse Rex
conspiceret scilicet suorum adiutorio se priuatum, cum
lis paucis qui in mori elegerant pro domino & Patria, in ma-
bas hostium profiliit, & aliqua strage ab eis facta tamquam
quam predicti sibi fideles in acie ceciderunt. Post eius mor-
tem terra Bohemiae & Morauiae multis tribulationibus
exposita, nam filius ipsius Regis iuuenis erat, & per Mar-
chionem de Brandenburg in tutelam custodia seruabatur
& ipsa terra Bohemiae tam per incolas quam per Ducem
Heinricum Vraccslauiae miserabiliter vastabatur. Intra
etiam relicta predicti Regis Bohemiae duxit legitime quorundam
nobilem de Bohemia Zebischum nomine de cognomine
Bitigonum, qui saepe facti Regis Bohemiae validus fue-
rat persecutor. Sed tandem filius Regis Bohemiae duxit
in uxorem filiam Rodolphi Romanorum Regis, & regnum
incipiens, eundem Zebischum, qui per Reginam quam du-
xerat thesauros regios habere coeperat, nec Regi assignare
voluit, mortua quondam Regina captiuauit & occidit, duos
filiis quos ex eadem domina habuerat, exilio deputauit
& quia fratres eiusdem Zebischi & aliqui alij de sua patria

tela se ob hoc Regi Bohemiæ opposuerunt, eos à regno suo penitus expulit & fugavit.

Eodem anno Domini M. CC. LXXVII. Leo Ratisponensis Episcopus obiit, in Vigilia beatæ Margarethæ, qui rexerat Ratisponensem Ecclesiam XVIII. annis. Et vit multâ literaturæ & prudentiæ fuit. Cui successit Dominus Henricus Comes de Rotenekke, eiusdē Ecclesiæ Canonicus, & Archidiaconus; qui cathedralem Ecclesiam B. Petri consumptam Ratispon. & destruetam incendio & ab antecessore suo reedificari inceptam sumptuoso opere, q̄ & materiam superabat, vt ad finē perduci posset, multis laboribus procurauit, & multa preciosa ornamenta Ratisponensī Ecclesiæ & aliis tradidit. Campanas etiam comparauit, & dedit Ratisponensī Ecclesiæ sicut hodie patent, maximas & sonoras. Suum etiam patrimonium scilicet comitatum & castrum in Rotenekk cum pertinenciis suis Luduico Duci Bauariæ vendidit, & Ratisponensem Ecclesiam ornata multo debitis, ab vsuris & damnis aliis liberauit. Et Aduocatiā in Velden, & iudicia in Velden, Eberspach, Teispach, Francehausen, Ergolzspach, Essenspach, Pilsting, & Aucting à dominis Ducibus Baiuariæ, & alia multa magna pecunia comparauit. Et ferè omnia castra Ecclesiæ muris & turribus firmiter quam antea fuerant, exaltauit: Redditus etiam tam Episcopales, quam Canonicas præbendas per suam industriam mirabiliter ampliando, & quod inter sua opera memoriæ magis dignum reputo, vbiq; Patriam bellorum vel gyverrarum horror perterrit, ibi vt sacerdos magnus tempore iracundiæ factus est reconciliator, nec in hoc pepercit laborib; vel expēsis, quatenus discordantes ad concordiam reuocaret; Pacem non solum Bauariæ, sed etiā vicinis procurando; Et pro Repub. quæ paucis cordi existit, plus omnibus suo tempore laborauit.

Rr 2

M. CC.

* Oneratam.

Handwritten notes on the book's spine:
 CANU
 SJJ
 m, am,
 SIV
 24

M. CC. LXXIX.

Petrus Patauiensis Episcopus obiit, qui pontem trans Danubium Patauiæ primus fecit. Cui successit VVichardus eiusdem Ecclesiæ Præpositus. Eodem anno Albertus de *Hals factus est Comes à Rege Rudolfo.

m. f. 1281.

* al. Hale.

m. f. 1286.

M. CC. LXXXI. Vxor prædicti Rudolphi Regis nomine Anna obiit, & eodem anno ipse Rex exitum terram Austriæ, & ipsum Ducatum Alberto filio suo primogenito commendauit: Sed postmodum eundem Ducatum eidem Alberto & Rudolpho filiis suis in feudum obtulit coram Principibus suis super hoc Augustæ in Carinthia congregatis. Eodem anno Chunradus Comes de Moriburch moritur sine hæredibus, & Comitatus ad Heintz Ducis Baiuariæ deuoluitur potestatem. Item eodem anno à Friderico Saltzburgensi Archiepiscopo apud Saltzburgam concilium celebratur.

Anno Domini M. CC. LXXXII. Petrus Rex Aragoniæ expulso Karolo Rege regnum Siciliae potenter occupauit, propter quod Papa Martinus Excommunicationis sententiam protulit contra ipsum, sicut plenius patet in litera sequenti.

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Cogitans temporis qualitas, & nequitia plurimum detestanda sollicitus, ut infra scriptorum prædecessorum nostrorum gesta, quæ plenius in archiuo conseruantur, Ecclesiæ ipsius prouidentur quieti cautius studeamus. Sanè fælicis recordationis Innocentius Papa IV. prædecessor noster culpas graues, & grauissimas ac multiplices, ac manifestos excessus quosdam Friderici olim Imperatoris Romanorum, propter immaturitatem consilij, recti iudicij censura diiudicans, eorum secundum praua sua opera reddens, ipsum honore Imperatoris Regis

Regno Sicilia, Ducatu Apulia, ac Principatu Capua, generali super hoc congregato * Lud. concilio approbante ac iustitia exigente priuauit, prout in vniuersalem mundi notitiam non est dubium deuenisse, nec ab eadem creditur verisimiliter alienum, qualiter Fridericus ipse aucto superbia Spiritu, quamquam sic dignè depositus, sic iustè priuatus, sententiæ huiusmodi priuationis prolata in eum pertinenti animo parere contemnens, regnum & Imperium supra dicta post eiusdem prolationem sententiæ occupata detinere præsumpsit. Qualiter autem post iam dicti Friderici obitum quondam Chunradus natus eius, paternæ malitiæ imitator, dictum regnum præsumptuosus ausibus occupauit, & tandem prædicto Chunrado humanis rebus exempto quondam Manfredus olim Princeps Tarentinus, eiusdem ut dicitur Friderici filius, qui etiam absque priuatione prædicta non iniustè legitime successionis participium perdidit, quia ipsum partus legitimus non agnouit, utpote de damnabili commixtione susceptum, ad occupationem prædicti regni temerarias & occupatrices manus extendit, Grauius ergo & enormibus admodum per potentiam & malitiam eorundem iniuriis irrogatis Ecclesiæ, ipsaque in suis afflicta multipliciter fidelibus respexit altissimus sponsam suam & conuertens illi nubulum in ferenum, scelestam prædicti Friderici domum, quæ consueuerat quantumuis malis abundare personis, sic pænè redegit in nihilum, sic illam iacturam multimodæ dissipationis oppressit, ut de ipsa non scintilla vnica remaneret; Chunradinus videlicet Chunradi filius supradicti, qui cum in eo malitia suppleret ætatem, ipseque annorum suorum curricula nequitia superaret, progenitorum suorum nefarios actus sequens, ac illorum profanas iniquitates amplectens, mentisque ambitiosæ vitio Imperium expetens, sibi regnum intulando

tulando Siciliae, se ipsius regni Regem denominare temere
 praesumebat: & cum nonnullis Ecclesiae inimicis Lombardis,
 Tuscis, Marchianis, & Apulis praecipue de regno pro-
 fugis praelibata fraudulentis se implicando commertum
 vrbe Lombardia, Tuscia & per alia diuersa loca suas di-
 minare literas praesumebat, sub expressione sui proprii na-
 minis & praemissae intitulationis temere sigillo regiae ma-
 statis impressas, per quas commouere populum, concitar-
 gentes, ac turbare pacem Ecclesiae nitebatur, in ipsius Ec-
 clesiae ac carissimi in Christo filij nostri Karoli Siciliae Regis
 illustris graue praerudicium & discrimen. Vnde pia memo-
 ria Clemens Papa praedecessor noster, cum sibi de his co-
 dentius constituisset, diligenter attendens multam ipsius
 Chunradini malitiam, & suorum conatum peruersorum
 volens obuiare principiis, certum habuit contra eum in hac
 parte processum, prout vidit rationabiliter expedire, ac ne-
 gocij qualitas persuasit. Demum praefato Chunradino sub-
 lato de medio, eidem Regno pax redijt, aurora tranquillitatis
 illuxit, sedatis turbationibus, fluctibus, quos ipsius Chun-
 radini praua studia suscitarent. Sed sicut nuper non sine multa
 turbatione fide dignorum relatu percepimus, nonnulli
 proteruè assumptis, ad nostram nec non Ecclesiae diuinae
 Regis turbationem & scandalum aspirantes in praedictis
 regno igne turbationis emortuae reaccendere moluntur
 ad id sua studia iniquè congerunt, ad id suarum virtutum
 potentiam coaceruant, manus praesumptuosas apponunt
 & etiam occulti fauores auxilium largiuntur. Testatur hoc
 inter caetera horrendi sceleris feralis immanitas de nouo
 ciuitate Panormitana patrati, vbi sic debacchatus est gla-
 dius, ferrum infremuit, furor incanduit, rabies insanijt, manus
 truculenta desauijt, quod sicut rumor mœstus enunciat
 suffecit virorum ac mulierum multitudinem inibi cedi dicitur
 obactur

nisi & hi quos nondum in lucē natura produxerat, maternis
 apertis vteris necarentur, trucidarentur innati, & deliteſcē-
 tibus viſceribus genitricū impię præfocationis exitiū ferretur.
 Quia ergo præſatum regnū Sicilię ad Romanā Eccleſiā
 ſpectare diuoſcitur, ſuiq; iuris & proprietatis exiſtit, ac pro-
 pter hoc nos qui vnā cum Eccleſia ipſa medullitūs in hac
 parte contingimur, & quaſi cuiuſdā acerbe punctiōnis acū-
 leo excitamur, volentes tā grauib; huius malorum inſitijs,
 prout poſſumus, obuiare, ne tam horrenda principia cōuā-
 leſcant, præſente hac fidelū multitudinē copioſa, de fratrū
 noſtrorum Concilio vniuerſos & ſingulos cuiuſcunq; præ-
 eminentie, dignitatis, conditionis, aut ſtatus monemus attē-
 tē, diſtrictē præcipientes eiſdē, ne in prædicti regni, vel eius
 parte, nos & eandē Eccleſiā & præſatum Sicilię Regem, qui
 prædictū regnū ab eadem tenet Eccleſia, per ſe vel per aliū
 aut alios moleſtent, ſeu impetant, aut perturbent, occupādo
 vel inuadendo hoſtiliter, ſeu occupari vel inuadi hoſtiliter
 faciant regnū ipſum vel aliquā partem eius. Præcipimus in-
 ſuper Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelib; ſpecialiter autem
 Marchionib; Comitib; Baronib; Ciuitatib; Communitatib;
 & vniuerſitatibus caſtrorum, villarū, & aliorū quorum-
 cunq; locorum Italię, & maximē Iuriſdictioni tempo-
 rali Eccleſiæ Romanæ ſubiectis, ne prædictis in occupatio-
 ne vel inuaſione huius proſuſ intendant, & ne cum armis
 vel ſine armis ad turbandam in prædicto regno pacem eiuf-
 dem Romanæ Eccleſiæ, ac præſati Regis Sicilię in eadem
 præſent eis occupatione vel inuaſionē prædictis conſilium,
 auxilium, fauorē, publicē vel occultē, & ne ſuper hoc ſocie-
 tatē, coniurationē, aut ſcēdūs aliquod ineanant cum eiſdem.
 Si qui autem contra monitiōnē & præcepta noſtra præmiſſa
 per ſe vel per alium aut alios quocunq; dolo, fraude, ar-
 te, vel machinatione fecerint, cuiuſcunq; ſint præeminētię
 dignitatis,

Canon
 533
 in 1m
 51V
 24

dignitatis, conditionis, aut status, excommunicationis
 sententia, quam exnunc in illos proferimus, ipso facto
 uerint innodatos. Ciuitates quoq; & communitates
 libet, quæ contra monitiones & præcepta nostra præ
 quocunq; dolo, fraude, ingenio, arte, vel machinatio
 venire præsumperint, Ecclesiasticæ sententiæ inter
 quam exnunc in illos proferimus, volumus subiacere.
 pertè quoque prædicimus Patriarchis, Archiepiscopis,
 scopis, Abbatibus, & aliis inferioris gradus Prælati, qui
 contra monitionem & præcepta nostra præmissa, vel
 aliquod venire tentauerint, nos eos omni Ecclesiastica
 dignitatis honore; cæteros autem clericos non Prælati
 officium, sed dignitatis forsitan, vel personatus, aut alia
 Ecclesiastica beneficia obtinentes, & obtentis priuare
 rabimus, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout
 bis facti qualitas suggeret, & iustitia suadebit. Laicos
 cuiuscunq; præminentia, dignitatis, conditionis, aut
 tus, & præcipuè Iurisdictioni temporali Ecclesiæ Romanæ
 subiectis denunciamus expressè, quod si contra moniti
 nes & præcepta nostra huiusmodi, per se vel per alium
 per alios temere veniendo, ea non curauerint obseruare,
 nos tantè temeritatis audaciam non intendentes relinq
 re impunitam, ipsos feudis & aliis omnibus, quæ à præ
 & aliis Ecclesiis ac personis Ecclesiasticis obtinere noluer
 tur, priuare, & Vasallos eorum, quos habent, à fidelitate
 ramento, quo tenentur, eisdem reddere penitus absol
 & personis eorum citra mortis & mutilationis periculum
 positis, ad expositionem bonorum eorum procedere. De
 auctore curabimus, prout eorundem culpæ exegerint, &
 videbimus expedire. Caterum quia prædicta ciuitas
 normitana, & nonnulla castra seu villæ illarum partium
 tra præfatum Regem Karolum, qui regnum ipsum ab eo
 des

dem tenet Ecclesia, rebellionis spiritum assumpsisse dicuntur, nos circa illa nolentes in hoc juris rigorem obseruare, sed ut potius mansuetudinis lenitate, quam in actibus nostris libenter amplectimur, intendentes ac volentes eadem ab huiusmodi erroris initio paternis studiis reuocare; Comitibus, Ciuitatibus, & castrorum ac villarum prædictarum districtè præcipimus, ut sublato cuiuslibet difficultatis & dilationis obiectu, ad nostra mandata, & Ecclesiæ ac Regis prædictorum redire procurent. Eisdemque Comitibus districtè præcipimus, ne prædictos molestatores, & turbatores, occupatores seu etiam inuasores, aut dantes eisdem in prædictis consilium, auxilium, vel fauorem, in ciuitatem, castra, & villas seu districtus eorum quouis modo recipiant, vel recepent, nec ipsorum vel alicuius eorum dominio vel regimine quouislibet se submittant; neque ipsis vel eorum alicui contra nos & eandem Ecclesiam ac Regem prædictum in ea impendant in prædictis consilium, auxilium, vel fauorem publicum vel occultum. Nos enim confœderationes seu colligationes quaslibet, si quæ inter communitates eadem vel ipsos & quoscunque alios initas vel factas super occupatione, vel inuasionem prædictis penitus dissoluentes, ac iuramenta de illis seruandis, vel alio quocunque modo prædictis hinc inde præstita relaxantes omnino, Comitibus ipsis apertè prædicimus, quod nisi præmissa curauerint quâtoctus adimplere, contra eas & ciuitatem & castra & villas earum spiritualiter & temporaliter, auctore Domino, procedemus, quod pœna dicente cognoscere poterunt, quàm sit temerarium & superbum mandatis Apostolicis contraire, ut aut &c. Datum apud Urbem veterem in platea dictæ maioris Ecclesiæ, in die Ascensionis Domini. Pontificatus nostri anno secundo.

Quam excommunicationem cum prædictus Rex A.

Ss

rag
oniję

ragoniam contemneret, Papa excitauit contra eum Philippum Regem Franciæ, quicum multis millibus militum intravit Aragoniam, sed per multitudinem muscarum illius terræ, & inopiam alimentorum, quæ etiam pro pecunia haberi non poterant, multi equi & homines perierunt; & ipse Rex mortuus ibidem reductus est Parisios & apud sanctum Dionysium est sepultus anno Domini 1280. Cor autem ipsius Regis est apud Prædicatores Parisijs tumulatum: de qua indiuisione indiuidui plures clericorum & laicorum contra eosdem fratres, qui dicuntur illud obtinuisse precibus & exhortationibus, scandalizati sunt.

*Stev. ed. F. air
capti 14. Kal.
Iun. 1291.*

Millesimo C C. XCI. Ciuitas Akaron, quam solam habebant Christiani in terra sancta, obsessa est per Soldanum Babylonensem, & per XL. dies & noctes sine intermissione impugnata, capta est, & ibidem multa Christianorum millia & capta sunt & occisa: aliqui autem per nauigium fugerunt, & quia multorum erat opinio, quod si fratres domorum ibidem scilicet Hospit. Templ. & Teutonici, & reliquus populus omnino concordasset, ciuitas capta non fuisset. Mandauit Papa Nicolaus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs Prælatibus, ut Concilia Provincialia celebrarent, & deliberarent, qua ope vel consilio eidem terræ possit subueniri. Et per Concilium habitum Saltzburgæ rescriptum fuit Domino Papæ & consultum, ut prædicti tres ordines cōiurentur ad vnum ordinem, melioribus eorum obseruantijs in vnum redactis; & quod ad succursum eiusdem terræ sanctæ Rex Romanorum cum Principibus vocaretur. Qui nuncij antequam venissent ad Curiam, Papa mortuus est; & sic hoc negocium remansit infectum.

M. CC. LXXXIV.

Fridericus Saltzburgensis Archiepiscopus obiit: Cui successit

successit Rudolfus Romanorum Regis vice Cancellarius. Quilicet à principio contra aduersarios sui Episcopatus se validum propugnatozem ostenderet, tamen vltimo ob timorem, qui non debuerat in virum constantem cadere, statuta sui Concilii, quod celebrauerat millesimo ducentesimo octogesimo octauo, quando etiam corpus beati Virgilio trāstulerat, non sine totius patriæ scandalo in conspectu Ducis Austriæ reuocauit. Post ipsum Rudolfum electus est, imò potius datus per sedem Apostolicam Chunradus dictus de Vonstorf tunc Episcopus Laurentinus.

M. CC. LXXXV.

Gotfridus Patauiensis Episcopus natione de Besttalia obiit, cui successit Bernhardus dictus de Prambach eiusdem Ecclesiæ Canonicus, qui beatorum Valentini & Maximiliani corpora in loco humili reposita in tumba honorabili de nouo in medio Ecclesiæ Patauiensis erecta, decentius collocauit: & incepit reedificare de nouo & bono opere Ecclesiam Patauiensem. Præterito anno, hoc est anno Domini M. CC. LXXX. * tempore Ladizlai Regis Vngariæ filii Regis Stephani, Tartari in tanta multitudine intrauerunt Vngariam, quod dicebantur cum exercitu suo vndecim milliaria occupare, qui tandem non humano auxilio sed diuino iudicio perierunt. Superuenit enim grandis nix, & pluuia in tanta quantitate, quod se de loco mouere non poterant, & sic à Christianis in circuitu positus sunt occisi, & iusti tulerunt spolia impiorum: multi etiam eorum euaserunt.

M. CC. LXXXVII.

Dux Brabantia * deuictus auxilio ciuium Colonienſiū, Archiepiscopus Colonienſis, & Comes de * Gelerr ipsosque captiuauit, & in eodem conflictu multi strenui milites sunt amissi. Eodem anno Rudolfus Romanorum Rex

Ss 2

Comitis

m. f. 1288.

* Sero: deuictus cum auxilio ciuium Colonienſium, Colonienſem Archiepiscopum & Comitem de Belere. * forte: Gelria.

GENU
SJJ
19
SIV
24

Vide Pet. de
Vinc. l. c. 37.

Comitis Burgundię rebellantis sibi, terram ingreditur
exercitu, & licet Comes idem multorum de Picardia &
dria iuuaretur auxilijs, tamen cum prædicto Rege con-
di non audebat, sed per Ducem Burgundię ad gratiam
concordiam redijt cum eodem. Item eodem anno
est discordia inter omnes Archiepiscopos, Episcopos, Pre-
latos, & totum Clerum regni Franciæ ex vna parte, &
tres Prædicatores & Minores ex altera super privilegio
to eis à Domino Papa Martino. Cuius tenor talis est.

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis
Ministro generali, & Prouincialibus Ministris Ordinis
trum Minorum salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad fructus vberes, quos in agro Dominico, prædica-
do pariter & exemplo, confessiones audiendo, & per
virtutū exercitia satis Ordo vester, & humiles ipsius
nis professores produxerunt hætenus, & sperantur in
rum, Deo auspice, producturi, attentæ considerationis
conuertentes, vt fratres eiusdem ordinis prædicationis
audiendi confessiones officia eò liberius & efficacius
qui valeant, quò citius de ipsorū circa eadem de auctoritate
Apostolica cōstabit tibi, fili, Ministro generali, per te
verò Prouincialibus Ministris cum diffinitoribus in prouin-
libus vestris capitulis congregatis, committendi auctori-
te Apostolica fratribus eiusdē Ordinis sacra pagina erudi-
tis, examinatis, & approbatis à vobis, prædicationis officia
audiendi vero confessiones, absoluendi pœnitentes, salu-
res eis iniungendi pœnitentias, & fratribus alijs idoneis
concedendi: eisdem quoque sæpe fati ordinis, quibus dicta
officia per vos taliter concessa seu commissa fuerint, quos
eadem liberè valeant exercere, plenam damus & concedi-
mus auctoritate præsentium facultatem, districtius inhiben-
bentes, ne quis fratres ipsius ordinis, quibus dicta officia
licet

liter concedenda duxeritis, vt premittitur, siue etiam committenda in exercitio siue executione officiorū ipsorum, audeat quomodolibet impedire. Volumus autem quod hi qui fratrib. cōfitebuntur, eisdem suis parochialibus presbyteris confiteri saltem semel in año, prout generale Concilium statuit, teneantur. Quodque iidem fratres eosdem ad hoc diligenter & efficaciter secundum datam eis gratiam à Domino exhortentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud Urbem veterem iv. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

Dicebant enim ipsi Prædicatores & Minores, quòd confessi ipsis non tenerentur suis parochialibus presbyteris eadem peccata in numero iterum confiteri. Cuius tamen contrarium Archiepiscopi & Episcopi asserbant per idem priuilegium & per Decretalem, Extra. de penitentiis & remissionibus, Omnis vtriusque. Cuius in eodem priuilegio mentio facta fuit. Quæ quæstio per Doctores seu Magistros Theologiæ & iuris Canonici multipliciter fuit Parisiis disputata, & validissimis ostensum fuit rationibus, præcipue tamen per Magistrum Henricum de Gadauo, quod eadem peccata in numero, quæ aliquis cōfessus fuerit Prædicatori, vel Minori, vel alias priuilegiato, teneretur iterato confiteri saltem semel in anno suo proprio sacerdoti. Cuius tamen contrarium cum fratres multis rationibus niterentur ostendere, tale consilium dederunt Magistri & Sapientes Parisiis, à scholaribus requisiti, quod quãdiu hæc quæstio esset dubia Parisiis vbi magis quàm alibi in mundo est copia peritorum, tam diu deberent confiteri suis parochia.

chialibus presbyteris, de quorum certa auctoritate
 sacrae Scripturae vel Canonum sapientes dubitauerunt
 etenus, qui in locum LXXII. discipulorum, sicut Episcopi
 in locum Apostolorum certissime successerunt. Tandem
 super eadem quaestione omnes Archiepiscopi, Episcopi
 totus Clerus totius regni Francie soleñes nuncios cum
 viris sapientibus, ad sedem Apostolicam transmiserunt
 quilibet eorum centesimam partem omnium reddituum
 & prouentuum Ecclesiasticorum contribuit eisdem
 eiiis pro expensis. Sed Dominus Nicolaus Papa quae
 assumptus esset de ordine Minorum fratrum, eandem
 questionem pro neutra parte voluit terminare; vnde remansit
 usque hodie in suspensio. Eodem etiam tempore venit
 ad Parisios de Arabia, homo prouecta aetatis, qui pro
 tebat, se per quasdam figuras, non tamen artis notoria,
 ui tempore omne scibile scholaribus traditurum, qui
 à Magistris & Cancellario examinaretur, apparuit de qua
 questionibus cuiusque scientiae respondere, tamen quod in
 ditione suae scientiae modum Philosophicum non habuit
 à scholaribus suis breuiter est relictus, & sic suae scientiae
 uidens signum Parisiis non reliquit.

* m. f. 1237.

* al. Erphord.
 Vide Siffriad.

Anno Domini * M. CC. XC.

Rudolfus Rex apud * Herbipolem solennem curiam
 habuit cum Principibus Alemanniae, Et eodem tempore
 Ioannes Tusculanus Episcopus Apostolicae sedis legatus
 ibidem celebrauit Concilium: & quod multa onera & graua
 expensas volebat clero imponere, à quibusdam Episcopis
 aduersus eum extitit ad sedem Apostolicam appellatum
 propter hoc sua intentio & consilium desideratum ab eo
 uentum non habuit, & ipse subito ad propria est reuertens
 Intellexerat enim prius aliis de morte Domini Papae
 aorij, qui prius dicebatur Iacobus de Sabello, cui successit

frater Ieronymus de ordine fratrum Minorum & vocatus
 est Nicolaus, de quo supra dictum est, de quo non intellexi,
 quod fratribus quondam sui ordinis aliquas fecerit gratias
 speciales: & tempore suo noluit discutere quæstiones, quas
 fratres Prædicatores & Minores contra Episcopos habue-
 runt, vt per ipsum neutra partium grauaretur. Quo mortuo
 vacauit sedes Apostolica propter discordiam Cardinalium
 plus quam tribus annis, & tandem iidem Cardinales, vt cre-
 ditur, nutu diuino concordauerunt in quendam virum re-
 ctum & religiosum, qui in cella sua per XL. annos & amplius
 sub regula beati Benedicti strenuè vixerat, qui electus Cæ-
 lestinus est vocatus, & cum educeretur è cella, nullum
 equum tunc, & etiam postea ascendere voluit, sed tan-
 tum a sellam, exemplo Domini venientis Ierolymã equi-
 tauit. In via etiam transeundo Dominus per eum multa mi-
 racula fecit; Quilicet miræ sanctitatis existeret, tamen ad-
 eo simplex erat, quod petentibus concedenda & nõ conce-
 denda concessit. Et cum consideraret, quod consuetum si-
 lentium & abstinentiam, quæ in claustro seruauerat, pro-
 pter intolerabilem rerum curam tenere non potuit in Pa-
 patu, renūciare eidem Præsulatui cogitauit, & cum sapien-
 tum esset opinio, quod Papa non posset cedere, talē consti-
 tutionem edidit, quod Papæ possint cedere tam præsens
 quam futuri, dicēs quod de plenitudine potestatis eandem
 constitutionem facere bene posset. Qua facta statim cessit,
 & electus est post ipsum Benedictus Cardinalis, qui voca-
 tus est Bonifacius, qui statim post creationem suam omnes
 gratias & concessionem, quas prædecessor suus fecerat, re-
 uocauit, & omnis populus propter euidentem sanctitatem
 prædictum Cælestinũ libenter habuisset pro Papa, sed Do-
 minus Bonifaciº ipsum recludit, ne schisma fieret, si à popu-
 lo raperetur. Post duos aut̃ annos idē Cælestinus mortuº est,
 &

Cælestinus V.

Bonifac. VIII.

& dicitur, quod Dominus per eum multa miracula operatur, & sepultus est in quodam monasterio inter Anagninam & Florentinum.

Anno Domini M. CC. XCI. xviii. Kalendas Augusti mortuus est Rudolfus Romanorum Rex & sepultus est in Spira, regnavitque annis xvii. in Alemannia, & Italiam non intrauit. Post quem infra tempus vi. mensium lectus est Adolfus Comes de ** Nasoue* in Romanorum regem miles multum strenuus, qui anno Domini M. CC. lxxv. nagesimo IV. Terras Turingiæ & Michsen, rebellantibus intrauit, & duobus annis manens ibidem expugnauit eisdem; Et nepotes olim Friderici Imperatoris persecutores Ecclesiæ, qui easdem terras occupauerant, eiecit per eos ab eisdem. Postquam enim Ciuitatem in Freiberg conuenisset, castrum quod in eadem ciuitate extitit, sub fortiter præcepit, & congregatis ibidem maioribus armis sariis Regis & fortioribus, muri eiusdem corruerunt. Eisdem Rex cum suis eandem ruinam præsciens, subito impetu omnes qui in castro fuerant captiuauit, inter quos & viros, qui magis nocentes fuerant, proscriptos ante faciem Imperij in continenti decapitari præcepit, aliis ad penam suorum nobilium pro tempore reseruat; quod bellum adeo incolas terræ terruit, quod plures eorum de locis castris fugerunt, & ipse Marchio Michsensis, cui ad eam ciuitas & castrum in Michsen cum paucis castellis remanserat, se ipsius Regis gratiæ subdidit, ut Rex illis parceret quos de seruitoribus suis in suis vinculis detinebat. Quod & factum est, & sic pax eidem terræ rediit. Ipse enim Marchio præter alia mala, quibus terram turbauerat, Episcopos & Canonicos Michsenses à suis habitaculis & rebus iecerat, & horreum fœni pro equis suis fecerat de Ecclesiæ Cathedrali.

M. CC. XC.

Pridie nonas Februarij Henricus Dux Baiuariz moritur, & reliquit tres filios Ottonem, Ludvicum & Stephanum.

M. CC. XCIII.

Cum Albertus Dux Austriæ cum Chunrado Saltzburgenſi Archiepiſcopo diſcordaret, ex vtraque parte ſibi graua damna intuliſſent, idem Archiepiſcopus confœderauit ſibi Ottonem Ducem Bauariæ, & vna cum prædicto Duce Karinthiam eſt ingreſſus, ſiduciatuſ ab incolis, quod poſſet terram Styriæ obtinere, ſed tandem eos redire inſeſto negotio denſitas niuium compellebat. Sequenti vero tempore prædictuſ Archiepiſcopuſ cepit filium Ducis Karinthiæ, cuiuſ liberatio magna occaſio fuit, quod pax inter ipſoſ extitit reformata. Super qua reformatione Henricuſ Ratiſponenſiſ Epicoſcuſ, vna cum Luduico Duce Bauariæ ſolicite laborauit: qua concordia durante vix ad tres annos vel paulò pluſ, Dux Austriæ obſedit oppidum * Raſſen. * al. Raſſein. ſtat, ad duoſ meſeſ vel modicum ampliuſ, à qua obſidione tandem propter inopiam victualium, quæ per anguſta montium adduci ſufficienter non poterant, dicitur ceſſiſſe, quia & Dux Otto cum exercitu vſque in Saltzburgam proceſſerat contra ipſum.

Anno Domini M. CC. XCIV.

Orta eſt diſcordia inter Regem Franciæ ex vna parte, & Eduarduſ Regem Angliæ ex altera. Et Adolſuſ Romanorum Rex pluſ fauens Regi Angliæ, repetiuit à Rege Franciæ Regnum Arelatenſe, & quaſdam alias terras, & Prouincias, quas dicebat eſſe Imperij: Inſuper & Spincam Coronam Domini: quas niſi redderet, eaſ quod in manu forti vellet requirere demandauit. Et ob hoc multi nobileſ, ſicut Comiteſ Flandriæ, & de Bar, & alij ſe eidem Regi

T t

Fran-

Handwritten notes in the right margin: "C. 1190", "S. J. J.", "R. J. J.", "S. J. V.", "24".

Franciæ opposuerunt, qui ei antea consueuerant adhaerere. Propter quod prædictus Rex Franciæ anno Domini M. CC. XCVII. eduxit super eosdem Comites adeo magnum exercitum, quod in eo præter Christianos sellatos dicebantur plusquam xxx. millia Iudæorum, quos etiam primi belli auspiciis exponere cogitabat.

M. CC. XCV.

Mortuus est Ludovicus Comes Palatinus Rheni Ducis Baiuariæ in partibus Rheni apud Haidelbergh Kalendis Februarij, in ea camera, ut dicitur, ubi natus fuit, & reliquit duos filios, quorum primogenitus videlicet Rudolfus duxit in uxorem filiam Adolphi Romanorum Regis.

Anno Domini M. CC. XCV.

Ciues Ratisponenses cœperunt ædificare antemuram ciuitatis suæ, opus decorum, & forte munimentum, sed clero ciuitatis eiusdem pro eodem opere contributionem cum multa instantia exigebant. sed Adolfus Rex Romanorum eodem tempore videlicet infra Pascha & Pentecosten veniens Ratisponam, & proponente sibi Heinrico Ratisponensi Episcopo hæc exactionem cognoscens, eosdem ciues per se ipsum & Cõsiliarios suos exhortatus est & monuit, ut nihil à clero ratione huius operis exigeret, sed eam consuetam & concessam à Deo & Romanis principibus habere permitterent libertate. Renouauerat siquidem eisdem clero ad petitionem eiusdem Heinrici Ratisponensis Episcopi nuper ante apud Frankenfurt quoddam priuilegium olim Friderici Romanorum Imperatoris, quod incipit; Ad decus & decorem. Et fere de verbo ad verbum in libro usus feudorum est expressum: quod multam & maximam libertatem cleri cõtinet, pœnasq; infligit grauissimas his, qui contrarium eidem priuilegio ausi fuerint attentare. quod priuilegium in præsentia sua per Heinricum Ratisponensem

al. 1295.

Ms. f. 1294.

Ms. f. 1284. vi.
1105.

nensem Episcopum eisdem ciuibus legi fecit, vnde ipsi Ciues ab eadem exactione cessauerunt, & permiserunt vsque adhuc clerum gaudere debita libertate.

Anno Domini M. CC. XCVI.

* Septimo Kalendas Augusti Henricus Ratisponensis ** m. f. sexto*
Episcopus filius Comitis de Rotenecke moritur, postquã enim in die beati Iacobi Apostoli, quem speciali consueuit venerari honore, cum multa deuotione Missarum solennia personaliter celebrasset, & cum clero & populo se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito viribus corporis destitui, & sic in die altera expirauit. qui mirã prouidentia & sagacitatis extitit, in tantum etiam, quod anniuersarium suum viuus & sanus plusquam ad XIV. annos ante mortem suam instituit, & eiusdem celebrationem cum candelarum accensione, & pulsatione, quã consueuit fieri in funere Episcopi. Vigiliis & Missis annis singulis interfuit. Sepulchrum similiter sibi longe ante ad XII. annos fabricauit, & prouidit iuxta altare beatã Virginis in maiori, veteri tamen Ecclesia Ratisponã. Trucam etiam, in qua sepeliri debuit, cum vestibus funeralibus ibidem impositis in memoriam continuam mortis suã per eosdem annos habuit locatam à latere lecti sui. *Truben, loculum.*

Item in spiritualibus mirabiliter prouidus extitit, non solum vetera statuta seruando, imò & multa noua salubriter condendo. Musicam primus in choro Ratisponã cantari ordinauit, libros eiusdem artis secundum cantum & chori consuetudinem prouidendo, Ecclesiam Ratisponensem etiam multis preciosis decorauit ornamentis, crucibus, calicibus aureis & argenteis, gemmis preciosis, mitris, cappis, casulis Dalmaticis, vexillis, cortinis, libris, & aliis.

T. t. 2.

aliis quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnibus destituta. Item primus vinum Latinum Canonice præbendam quibusdam certis temporibus dari instituit. Præbendam etiam eorum in multis auxit. Monasteria Monachorum & Monialium sæpe cum multa providentia vitavit. Et inuenire non possum, quid ei in temporalibus spiritualibus defuerit: qui tempore suo adeo discordantibus factus est reconciliator, quod non solum Baiuaria, & vicinæ terræ per suam industriam & laborem pacis & christidine floruerunt. Rexit autem Ratisponensem Ecclesiam XIX. annis. Eodem anno in die beati Petri ad uincula electus est in Ratisponensem Episcopum Dominus Chunradus de Lumpurch, vir ingenuus tunc Ratisponensis Præpositus, in mansuetudine ac pietate etiam Mogontinus æqualis.

Anno Domini M. CC. XCVII.

Adolphus Rex Romanorum præparans se cum militibus ad inuadendum Regem Franciæ impeditur, quia Mogontinus Archiepiscopus, Rex Bohemiæ, Albertus Dux Austriae, duo Marchiones de Brandenburch, & Dux Saxoniae congregati in die Pentecostes, quo idem Rex Bohemiæ per Dominum Mogontinum coronabatur Pragæ, condiderunt diem, in quo apud Egram cõuenire deberent, ut contra prædictum Romanorum Regem conspirationis suæ intentum perficerent, sed per potentiam ipsius Regis impediti in loco condicto non poterant conuenire, sed apud quoddam oppidum Bohemiæ nomine Chadam conueniunt prædicti sine Archiepiscopo Mogontino, qui per militiam Regis obsessus in quodam castro, est à suo itinere tardatus. Et ob hoc eorundem Principum, qui se dicebant alium Regem velle eligere, machinatio in ridiculum conuersa. Eodem anno Rex Franciæ congregatis quibusdam

manibus viribus suis, & exercitu magno valde in quo dicebatur esse præter alios bellatores, multa millia phaleratorum equorum, intrauit Comitatum Flandriæ, & *medium ^{* al. modum} Regiæ Angliæ, cuius filiam Comes Flandriæ habuit in uxorem, obsedit ciuitates eiusdem terræ videlicet Prukk quam etiam cepit, & quasdam alias. Eodem anno mortuus est *Reinboto Eystetenfis Episcopus. Cui successit Chunradus ^{* al. Remboto} dictus de Pessenhausen Ratisponensis Ecclesiæ Canonicus, & Archidiaconus, vir multæ industriæ & sagacitatis. Eodem anno Ciuitas Ratispona per Ottonem & Stephanum Duces Baiuariæ impugnatur, & prohibetur per eodem ad eam deduci victualia, vnde & ciues forum *Maberach ^{* al. in Abach} exusserunt. Tandem per diligentiam Chunradini Ratisponensis Episcopi cum ipsis dominis Ducibus ad gratiâ & concordiam redierunt.

Anno Domini M. CC. XCVIII.

Circa medium quadragesimæ Albertus Dux Austriæ filius quondam Rudolphi Romanorum Regis cum fauore Ottonis Ducis trāsiiuit Baiuariam cum exercitu, habens secum quosdam Australes, paucos tamen Vngaros & Bohemos, & ad partes Rheni veniens per auxilium Mogontini Archiepiscopi, & Argentinensis & Constantiensis Episcoporum & quorundam nobilium ibidem maiorem fortitudinem collegit, & contra Adolfum Romanorum Regem ad bella se exposuit. Qui Rex Illustrium Principum Ottonis prædicti & Rudolphi Comitis Palatini Ducis Bauariæ & quarundam Ciuitatum Imperij, vtpote Spira, VVormatia, & auxiliis iuuabatur, eidem Alberto Duci Austriæ, qui iam sibi nomen Regis assumpserat, post multos circuitus hinc inde habitos in loco qui dicitur *Geg cum præpropere ^{* al. Hasenpuhel} festinatione, quæ in rebus bellicis & magnis exercitibus non expedit, occurrit in die Processi & Martiniani, & præ-

Handwritten notes in the right margin:
 Genu
 333
 19
 51V
 24

dictis Ducibus Bauariæ dimicantibus in prima acie perne-
 uum bellandi genus, scilicet gladios præacutos, omnes
 eorum dextrarii sunt occisi, adeo ut & ipsi Principes Baua-
 riæ vnâ cum multis suis nobilibus equis priuati: sed adhuc
 animi virtute non fracti, super interfectorum hominum
 & equorum stantes cadauera longo tempore cum hosti-
 bus dimicarent, propter occisorum enim equorum aggre-
 rem hostes equites eos accedere non valebant, quod
 vice versa ipsi per similitudinem stragem perdidit equos suos.
 Prima igitur sic dimicante acie, ipse Rex volens cum sua
 turba eis succurrere & præcedendo suam aciem ordinare,
 equo suo cadente ex infortunio ante ingressum ad bellum
 cecidit, & ab eodem equo grauissime est concussus: adeo
 ut cum à suis restitueretur in equo, minime sui compos-
 set, sic & amens ad bellum veniens, quia & galeam præde-
 bilitate recente ferre non potuit, & hostibus se expos-
 minus cautè, subito est occisus, prædictis adhuc Ducibus
 Bauariæ locum tenentibus, ut est dictum. Sed Regem mor-
 tuo ipsi Duces se apud Heidelberch receperunt. Attamen
 Otto Dux erat tribus grauibus vulneribus sauciatus, in tan-
 tum quod vix periculum mortis euasit. Qui etiâ Otto Dux
 cum prædictum Regem sequeretur ad partes Rheni & ca-
 strametatus esset in Comes Albertus de Hagerloch
 auunculus Alberti Ducis Austriæ ipsum Ottonem Ducem im-
 prouisè inuasit, cum longe maiori equitum & peditum co-
 pia, quàm idem Dux habuerit illa hora, de quo tamen idem
 Dux ipso Comite & ferè CCCC. de suis occisis triumphauit.
 Dicitur etiâ, quod in ipso conflictu Regis & Ducis pauci
 homines scilicet mille CCCC. dextrarii sunt occisi. Post-
 modum vero Rege sepulto apud Monasterium Rosenthal
 eiusque filio capto, Electores Imperii præfatum Albertum
 Ducem Austriæ in Regem Romanorum apud Frank-
 furt vnanimiter elegerunt. Eodem

Eodem anno Ciuitas Patauiensis se Domino suo Patauiensi Episcopo VVerhardo opposuit, & tam Episcopus quam Canonici Ciuitatem exeuntes eam per excommunicationem interdictas personas, & interdictum in locum spiritaliter & etiam per machinas à monte sancti Georgij & alijs modis licet non multum fortiter eosdem ciues ciuilitate impugnarunt: Volebant enim prædicti ciues habere Magistratum Ciuium, Consules & Rectores ciuitatis à se electos, & sigillum speciale, & campanas iam erexerant ad eorum consilium conuocandum, & sic intendebant more Regalium Ciuitatum, vtpote Ratisponæ, non regi mandatis Episcopi sicut ante consueuerat, sed proprijs Rectoribus & Magistro. Et super prædicta discordia tam ipse Episcopus quam Ciues, Albertum Regem in Curiam, quam celebrauit apud Nuerenberch, accesserunt suas querimonias proponentes. Prædictus vero Rex non per formam iudicij, sed per arbitrium eosdem Ciues cum Episcopo concordauit, ita videlicet quod sigillum & campanas Domino Episcopo tradiderunt, quarum campanarum vna etiam hodie in Ecclesia sancti Stephani Patauiæ habetur. Promiserunt etiam prædicti Ciues memorato Episcopo & suis successoribus de cæterò fideliter obedire, nec similia attentare, & insuper coacti sunt dare duo millia librarum Patauiensium pro emenda.

Eodem anno scilicet M. C. C. XCVIII. orta est fama quædam de Iudæis, quod Corpus Dominicum in mortario contuderint, & sanguis in multa quantitate emanauerit, quod postea à Iudæis non potuit occultari, & ob hoc omnes Iudæi in Herbipoli, Nuerenberch, * Rotenberch, & etiam per totam Franconiam per insultum populi, & quosdam qui se in magna multitudine collegerant, & quendam qui Rintfleisch dicebatur, quem pro Principe

Gen
 33
 ny
 51
 24

Principe elegerant, volentium vindicare tam recentem
iuriam Saluatoris, incendio sunt cremati, & adeo valida
eorum persecutio, quod etiam castrum regale in Nu-
berch, castrum prope nouum forū, vt de aliis oppidis Fran-
conia taceam, in quibus se Iudæi cum armis defen-
coniunctis Christianis nec paucis receperant, sint in
diei spacio expugnata: & tam ipsa castra quam Iudæi
Christiani ibidem incendio perierunt. Et quod durum
dictu, licet durius sit factu, Iudæi seniores, timentes ne
ri & sceminæ baptisma, vt ignem euaderent, peterent,
propriis manibus ante se ignibus subiecerunt & ipsi
modum insilierunt in ignem. Arma etiam & pecuniam
Christianis cederent, postquam se ipsos flammarum
gini tradiderunt, & apud Babenberch & etiam *Ernberch
contigit illud idem. Ciues tamen Ratisponenses suam
lentes honorare ciuitatem ipsos Iudæos absque iudicio
cidi & destrui vetuerunt, dicentes quod voluntati Dei
Iudæorum interfectione nollent resistere, sed expectant
donec de hoc, quod hæc vindicta esset à Domino, eis fieret
maior fides, & sic Iudæi Ratisponæ licet cum multa diffi-
tate vsque hodie incendium euaserunt.

M. CC. XCIX.

37. f. 129 B.

Albertus Rex Romanorum celebrauit curiam sole-
nem cum Principibus Almanie apud Nuerenberch, cui
terfuerunt Coloniensis, Treuerensis, Mogontinus, & Sal-
burgensis Archiepiscopi, & Ratisponensis, Patauiensis, &
singensis & alij Episcopi multi. Item Rex Bohemiarum, Dux
Bauariæ Rudolfus Comes Palatinus Rheni, Duces Karo-
thiæ, & alij nobiles multi: & in eadem curia edixit leges
quæ inferius continentur; & filium suum primogenitum
pro Duce Austriæ deputauit, cui etiam postmodum
licet anno millesimo trecentesimo primo, filiam Philippum

Regis Franciæ nomine N. natam ex filia Ducis Brabantiaë
 vxorem copulauit, & ad terram Austriaë est deducta. Circa
 idem tempus Bonifacius Papa fecit & ad generalia studia
 sub bulla transmisit sextum librum Decretalium, in quo
 multa, quæ antea erant in scholis & in iudiciis ambigua, de-
 clarauit, & duos Cardinales deposuit, vt patet clarius in eo-
 dem. Item controuersias & materias quæstionum inter
 Episcopos, Prælatos, & Clerum ex vna parte; & fratres Præ-
 dicatores & Minores ex altera, quæ iam per plures annos
 sulcitate durauerant, & de quibus superius est dictum.....

M. CCC. primo.

Orta est discordia inter Albertum Romanorum Re-
 gem ex vna parte; & Colonensem, Treuerensem, & Mo-
 gontinum Archiepiscopos & Rudolfum Comitem Pala-
 tinum Rheni ex altera; & tandem ad concordiam redie-
 runt.

Chunradus de Lumpurch sine liberis moritur, & ca-
 strum Lumpurch cum pertinētis suis ad Dominū Chun-
 radum Ratisponensem Episcopum fratrem prædicti Chun-
 radi tanquam ad verum hæredem deuoluitur & ab eo Ra-
 tisponensi Ecclesiæ perpetuo donatur, quod etiam castrū
 multis sumptibus & laboribus est obtentum.

M. CCC.

Quinto Kalendas Iulij Otto, & Stephanus Duces Ba-
 variæ ferè cum CC. nobilibus terræ suæ apud Lantshuet
 gladiis militaribus accinguntur, & memoratus Stephanus
 Dux priori anno duxerat in vxorem Dominam Ieutam fi-
 liam Poltonis Ducis Poloniaë.

M. CCC. minus trium annorum nauale bellum ha-
 bitum est inter Venetos ex vna parte; & Ianuenses ex al-
 tera, & victis Venetis xxx. M. perierunt armis & mari, &
 captiui à Ianuensibus sunt abducti.

Vu

M. CCC.

GENU
 1779
 24

M. CCC. mortuus est Andreas Rex Vngariæ sine heredibus; & Bonifacius Papa deputauit pro Rege ibidem nepotem Caroli quondam Regis Siciliae, natum ex filio Rudolphi quondam Romanorum Regis; qui etiam antequam quenti est in Strigonia coronatus, licet Rex Bohemiarum VVenezlao filio suo, & etiam multi alij aspirarent. Intrauit etiam VVenezlaus Rex Bohemiarum, anno Domini M. CCC. IV. vt obtineret regnum Vngariæ filio suo, intrauit in Vngariam cum exercitu; & coronato eodem filio suo à multis millibus Vngarorum, acceptisque corona regni & omnibus à prædictis nobilibus, qui eum in Regem elegerant cum ipso filio suo in Bohemiam est reuersus. E contra autem nepos Karuli quondam Regis Siciliae ab aliis Vngaribus, vt Rex eorum fieret, est assumptus.

Anno Domini M. CCC. Bonifacius Papa IV. multorum querelantium clamoribus pro bono pacis & concordiae cleri ex vna; & Fratrum Prædicatorum & Minorum ex altera parte, fecit institutionem quandam quæ incipit Super Cathedram. & infra in hoc libello, in quodam Speculo quaterno cum aliis constitutionibus & literis continetur. Verum cum hæc cõstitutio publicaretur per Saltzburgensem prouinciam, & clerus & populus eam desideraret in omnibus articulis obseruare, ipsi Prædicatores & Minores eandem constitutionem attendere non curabant: propter quod Chunradus Saltzburgensis Archiepiscopus, habente consilio suffraganeorum suorum, misit nuncios ad Romanam curiam, qui tandem à Domino Papa obtinuerunt declarationem eiusdem constitutionis, prout patet in litera, quæ inferius cum aliis constitutionibus continetur.

Anno Domini M. CCC. II.

Papa Bonifacius misit Regi Franciæ quosdam nuncios & nuncios, monens ipsum, vt ab offensione cleri desisteret.

& monetam, quam fabricari denuo in præiudicium regni fecerat, immutaret. Idem autem Rex prædictos nuncios Papæ infra xv. dies mandavit exire terminos regni sui, alioquin contra personas eorum procederet nimis durè, præcipiens per totum regnum suum sub pœna capitis & omnium bonorum confiscatione, ne aliqua persona parua vel magna literas Domini Papæ reciperet publicè vel occultè, ponens custodes in omnibus finibus regni sui, ne aliquis importare posset literas vel mandatum Papæ, & ne aliquis Prælatorum exire posset, vel ad Papæ præsentiam literas destinare.

Eodem anno mandavit idem Papa Bonifacius omnibus Archiepiscopis & Episcopis, & maioribus Prælatis, & Magistris Theologiæ, iuris Canonici & Ciuilis, oriundis de regno Franciæ, vt ipsum Romæ accederent circa festum omnium Sanctorum, Sed ipse Rex volens eos ab hoc itinere retardari, fecit Parisiis in Ecclesia beatæ Mariæ publicum Parliamentum, mandans ne ad ipsum Papam aliquis Prælatorum vel Episcoporum accederet cum equis, vestibus, vel pecunia, quo volebant, vt dixit, regni sui terminos spoliare, dicens, quod Papa hanc collationem fecerit lucri causa; & super his & aliis misit sex nuncios ad cœtum Cardinalium non ad Papam, significans eis quod secundum mandatum Papæ non posset facere. Quod si omnes Archiepiscopos & Episcopos à regno permitteret recedere, iam non esset, tanquam concussis eolûnis Ecclesiæ, qui consecraret chrisma vel ordinaret clericos, vel ministraret Ecclesiastica Sacramenta: Et si Magistri Theologiæ à regno Franciæ recederent, iam non inueniretur aliquis, qui periculosis hæreticorum questionibus responderet, affirmans similiter de Magistris Iuris Ciuilis & Canonici, quod per eorum absentiam indiscussæ manerent omnium litigantium questiones, & ex hoc nollet,

Vu 2. quod

quod regnum Franciæ tam preciosis Xenijs priuaretur. Ad quæ omnia Papa responderi fecit, quod ipse non intendebat eosdem Prælatos & Magistros in Curia sua perpetuo detinere, sed habito eorum consilio super statu regni Franciæ eos esset in breui tempore ad propria remissurus, & sine intento sine à Romana Curia recesserunt. Eodem anno venerunt ad Romanam Curiam nuncij Regis Tartarorum, moribus & habitu nobis satis dissimiles, & primo certificarunt Papam de legatione sua, deinde articulos suos plenè confessi sunt per interpretem coram eo; Postmodum verò petierunt nomine Regis sui, vt cum ipse Rex vellet terram sanctam à Soldano eripere proprijs laboribus & expensis & eam restituere cultui Christiano, ipse Papa transmitteret ad eandem terram milites, qui defensarent eam à impugnationibus paganorum, & Episcopos & Clericos, qui prædicarent fidem, & docerent: Item agricolas, vt terram colerent supradictam. Cui petitioni annuit, promittens eos velle transmittere cum primum adesset sibi opportunitas, & Regi eorum auream crucem misit, dans ei eandem crucem in signum susceptæ fidei, & in remissionem peccatorum omnium, vt terram sanctam restitueret cultui Christiano.

Anno Domini M. CCC. III.

Prædicto Bonifacio Papa manente cum curia sua in Anagnina, circa festum beati Michaëlis, quidam de Anagnina Serra de Columna ipsum inuaserunt, capta domo sua, omnibus seruatoribus suis fugientibus, irruerunt super eum, & vnus ei dixit, Tu vilissime hæretice, modo tu es in potestate nostra, & de te, quicquid voluerimus, facimus: Ipse Papa sedens in Sede sua cum ornatu Papali tenens in manu crucem, cui erat Dominica imago infixæ, talia intrepidè respondisse fertur: Ego non sum hæreticus, sed

ater tuus fuit hæreticus, & sicut constat, fuit etiam pro hæresi condemnatus; & tandem ille * Serra de Columna, *al. Scarra. & sui complices detinuerunt eundem Papam captum in Camera sua per tres dies sine cibo & potu, & totum thesaurum Ecclesiæ abstulerunt: sed postmodum per ciues Anagninenses liberatus est, & veniens Romam paruo tempore superuixit, sicut hæc omnia clarius patent in quadam litera, quæ incipit: Flagitiosum scelus. & inferius continetur. De prædicto Bonifacio fecit quidam hos versus:

*Nomina bina bona tibi sunt, præclarus amictus
Papa Bonifacius modo sed quondam Benedictus,
Ex re nomen habe, benefac, benedic, benediste,
Sut cito peruerse, malefac, maledic, maledicto.*

Mortuo autem eodem anno Bonifacio Papa, electus est in summum Pontificem frater Nicolaus de ordine Prædicatorum Episcopus Hostiensis, & vocatus est Benedictus, qui fauore fratrum ordinis sui multa, quæ prædictus Bonifacius Papa pro concordia ciuili ex parte vna; & Prædicatorum & Minorum ordinum fratres ex altera statuerat, repentino consilio retractauit, vt patet infra: Inter cunctas sollicitudines nostras; in litera, quæ inferius cum alijs literis continetur.

Anno Domini M. CCC. primo.

Cum Rex Franciæ captiuasset Comitem Flandriæ & filios eius & totam Flandriam sibi subiugasset, iidem Flandrenses post aliquod tempus, occisis custodibus eis deputatis, eidem Regi Franciæ rebellare cœperunt. Propter quod Rex nobiliores & fortiores regni sui misit, vt de Flandrensibus sumeret vltionem. Ipsi autem Flandrenses exeuntes eis obuiam in campo prope Brux habuerunt victoriam de eisdem: Fecerant enim prædicti Flandrenses quasdam foueas occultas in campo, vbi ambo exercitus congredi

Vu 3 debe-

Handwritten notes in the right margin:
C. 11
11
11
11
24

debebant, quas exercitus Regis ignorabat, & sic in partem eis præcipitium corruerunt, & occisa sunt exercitus submersa plusquam XX. millia, inter quos erant X. personæ illustres de genere Principum, & plusquam XL. Comites, & ferè quingenti famosi milites, præter mediocres alii bellatores.

Duravit autem dissensio per IV. annos & amplius, Flandrensibus prospere successit, & plures postmodum victorias habuerunt.

Anno Domini M. CCC. III.

Albertus Romanorum Rex veniens ad impugandum Regem Bohemiarum Venezlaum, castrametatus est prope Ratisponam apud ripam Regni. & tandem transiit in ciuitatem Ratisponam, & de permisso Ottonis Ducis Bohemiarum rapinis & incendijs non modica ibi damna fecit, & processit versus Austriam, euntibus secum in exercitu Salisburgensi Archiepiscopo; Frisingensi, Ratisponensi, Patavienensi, Augustensi, Spirensi & Herbipolensi Episcopis; Ottonem & Rudolfo Ducibus Baiuariae de Huspch, de Oeting, de Birtenberch, de Haierloch & Hohenloch Comitibus, & alijs pluribus, veniens igitur in Lincz per nauigium transiit cum toto exercitu Danubium & intrauit Bohemiam, & eadem processit hostiliter vsque Argentifodinam, quae dicitur Chutt, intendens eundem locum, qui abundat diuitiis, expugnare. Mansit autem in obsidione illius ad quatuor dies, & tandem ab inde recessit nulla impugnatione facta; & per aliam viam cum exercitu in Austriam est reversus: Traxerat enim mbram in Bohemia ad sex septimanas vel paulo minus, & nullum castrum nec ciuitatem aliquam expugnauit; quia Rex Bohemiarum munitiones suas militum & bellatorum multitudine & alimentorum copia abunde muniuerat, ita quod sine multa strage non poterat

tant obtineri: & Romanorum Rex expectans quotidie cum
 eodem Rege confictum, noluit quasi ad promptum peri-
 culum suos milites exponere, sed incolumes suo confictui
 referuare. Prædictus etiam Rex Bohemiæ, de terris Ala-
 manniæ, Poloniæ, Saxonniæ, Michsniæ & Brandenburg
 multa militia iuuabatur, itaq; dicebatur habere exercitum,
 X. millia magnorum equorum, cum militibus, & aliorum
 equestrum & pedestrium plusquam C. millia bellatorum
 & pro stipendiis expendit CC. millia marcarum argenti. Pre-
 terea Rex Romanorum duxit secum Regem Vngariæ, qui
 habuit multos Vngaros, & in super XX. millia paganorum,
 qui in Moravia & Bohemia fecerunt stragem miserabilem in
 populo Christiano, ita videlicet quod abscissis manibus &
 pedibus paruorum Christianorum, & eis in salina confe-
 ctis eos inhumaniter comederunt, aliis viris & mulieri-
 bus crudeliter neci datis, quos tamen prædictus Rex Ro-
 manorum in ipsorum immanitate nolens diutius sustine-
 re, missis militibus eorundem paganorum X. millia occi-
 derunt, & alii per fugam præsidium euaserunt.

Præterea Rex Bohemiæ de facibus, quod superfuit
 in examinatione argenti, quasdam aquas Bohemiæ in-
 fecit, unde homines & equi Regis Romanorum non pau-
 ci subito perierunt. Tandem prædictus Rex Romano-
 rum in terra Austriæ hyemauit, & quia prædictus Rex Ro-
 manorum sperata stipendia non persoluit Principibus &
 militibus.

Anno Domini M. CCC. IV.

Cum aqua Danubii transiens per pontem Ratisponæ
 omnino versus litus Aquilonare declinasset, & littora
 prope ciuitatem sicca & arida reliquisset, Ciues Ratis-
 ponenses artificiosè & multis lationibus & expensis, ipsam
 aquam,

aquam, vt iterum prope ciuitatem flueret, ad loca pristina per strues lignorum & congeries lapidū reducerunt. Mortuus est autem prædictus Papa Benedictus in Octaua Apostolorum Petri & Pauli, anno Apostolatus sui primo in ciuitate Perusij: & Cardinales inclusi sunt ibidem secundum constitutionem. G. G. Papæ X. quæ incipit: Vbi periculum & cum aliquandiu sic inclusi starent nec ad electionem procederent, ciues eiusdem ciuitatis tantum panem & aquam ipsis pro aliquo tempore ministrabant, & ipsam constitutionem G. G. in ipsis strictissime seruauerunt. Igitur in vigilia Pentecostes anno reuoluto Pertram Burdegalem Archiepiscopum in summum Pontificem elegerunt, qui vocatus est Clemens.

Anno Domini M. CCC. V.

In vigilia Ioannis Baptistæ Venzlaus Rex Bohemus deuotus ad Deum, & clemens ad clerum & populum, tyrannum opprimens, sed per XXVIII. annos regnum suum iuste regens mortuus est, & sepultus in Braizlab monasterio Cisterciensis ordinis, quod fundauit, & filius suus Bela Vngariæ cœpit regnare pro eo.

Venerabili in Christo patri & amico charissimo Domino Heinrico, venerabili Episcopo Ratisponensis Ecclesie Chunradus Dei gratia sanctæ Saltzburgerensis Ecclesie Archiepiscopus, A. S. L. salutem & sinceram in Domino charitatem. Nouerit vestra fraternitas literas non cancellatas non abolitas, non in aliqua parte sui vitiatas, saluas omnimodis nos recepisse à sede Apostolica, in hæc verba: Nicolaus Episcopus seruus seruorum DEI, vniuersis Christi fidelibus ad quos præsentem literam peruenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Illuminet super vos Dominus vultum suum, & ita suo lumine ad recensendum attentius qualiter Redemptor noster salutem humani generis in terra sancta

gnatus est misericorditer operari, oculos in vobis hominis interioris illustret, quod accendatur, ut ignis, ad subueniendum terræ illius necessitatibus zelus vester concalescat, corda inflammentur, affectus & effectum prompta operis profectio subsecuta commendent. Cuius etenim pectoris etiam lapidei quantumcunq; duriciam non emolliat considerata illius humanationis humilitas, in qua Dei filius factus homo, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo? Cuius viscera nõ inflammet charitatis ardore pia consideratio illius humilitatis extremæ, in qua ipse factus est obediens vsque ad mortem, ad exprobrantium opprobria? velut agnus coram tondente se verè mitis obmutuit, & sicut ovius ad occisionem ductus propter contumelias & terrores, post spinas & sputa, post flagella & varia innocens est sine causa damnatus, ac demum saturatus opprobriis, clavis affixus, aceto & felle potatus, in crucis patibulo tam diræ mortis subiit passionem, mysterium nostræ redemptionis consummans: Post traditum etiam spiritum lanceæ illusione confossus. Hæc filii & innumerabilia largitatis diuinæ charismata in terra prædicta ipsi humano impensa generi ab eodè Redemptore piissimo si frequenter intra claustra pectoris attenta meditatione reuoluitis, si qua decet attentione pensatis, quis vestrum non feruebit, foris ebulliet, exclamabit, & dicet: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? & non expectato monitoris vel sollicitatoris officio subiunget vitroneus: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Quis sine acutissimi doloris aculeis considerare potest, non solum veneranda & piissima loca illa, in quorum altero Oriens ex alto pro nobis nasci dignatus est humiliter, in reliquo mori crudeliter non expauit,

Xx

sed

GENU
 JJ
 ng mm
 51V
 24

sed etiam totā quasi iam terram eandem, quam ipse idem
sua illustravit corporali præsentia, miraculis clarificavit
immensis & tandem effusione sui pretiosi sanguinis in no-
stræ salutis effusi peritium consecrauit, occupata per no-
fandissimos Saracenos, ipsorum immunditia polluit, fœdissi-
sima eorum habitatione fœdari? Quis absque amaritudi-
ne summa commemoret, tot Christianorum castra, ciuita-
tes & alia loca solennia destructa penitus ad nihilum re-
ducta; & eorum incolas eorundem Saracenorum immu-
nitate premissos? Prò dolor, quis nouitatis (quoniam
deplorare libet potius, quàm narrare) solers censor, & dis-
criminum, quæ comminari videtur, discussor attentus
per noctem & idem quasi torrentem lachrymas non debeat
cat? Cuius pupilla tacebit, cuius pectoris penetrabile co-
tinebit suspiria, vel in singultuum frequentiam non erumpet,
lugubri contemplatione recensens, quod quantum-
cunque mater Ecclesia casum eundem præuenire studerit,
incolis illarum partium, in Gallæis bellatorum multiplicitatem,
ac subuentione pecuniaria iuxta persuasam ab ea denunciata
necessitatis exigentiam & oblata super hanc petitionis
instantiam succurrendo; nihilominus tamen ciuitas* Acaone
sic eiusdem matris Ecclesiæ studio circummutata, quadraginta
& quatuor diebus arctissima Babilonica potentia ob-
sidione circumdata, terribilibus machinis diu noctuque
vexata, impedita crebris & diris insulsi-
bus, membris etiam ipsius per cuniculos arietatis occu-
ptos, quadagesimo quarto die, obsidentium viribus, Deo
permissione admirabili & stupenda succubuit; capta per
eos, & igni exposita, Christianis inibi existentibus centum
innumeris, & cæteris, qui habere nequiverunt, maritima
vasa recursum, in captiuitatem abductis, vt per iugum bar-
baricæ seruitutis horribile dispendiis ciuilibus mortis adde-

At, naturali etiam diutius moriantur. Et deinde Tiren-
 sis ciuitatis *Dedicatione secuta. Quis igitur de cætero *deditione.
 marcebit otio? quis non exsurgat? Quis ad recuperatio-
 nem terræ prædictæ, non promptus exiliet? Quis tarda-
 bit? Quem non pudebit ingratitude argui, quin potius
 quasi de infidelitate notari, si creatori proprio, tam benefi-
 co Domino, ad redemptionem terræ illius, quam ipsa sacra
 Scriptura testatur omnium chariorem, qua potest promp-
 titudine non assistat? Cum etiam secundum iuris humani
 censuram subditos suis dominis, & ad tuenda quæ possi-
 dent, & ad recuperanda iniuste subtracta, debitum fidelita-
 tis adstringat? Quis tot fidei Orthodoxæ cultoribus tam
 immaniter trucidatis, de tot calamitatibus captiuorum, &
 aliis Christianitatis opprobriis, non ex tota mente mo-
 uebitur? Non suspirat, non anxietur ad vindictam?
 Profecto cum secundum Apostolum, omnes sumus unum cor-
 pus in Christo, non immerito cum illis, de quibus scriptum
 est, Percussisti eos & non doluerunt, insensibilitatis arguitur,
 quisquis tantam huius nostri corporis mutilationem, præ-
 dictorum videlicet Christicolarum non sentit excidium, &
 tam grauitur non veretur? Accingimini ergo Christi fide-
 les, & qui Christiana religione censemini, vos Christianos
 esse operis persecutione monstrate. Accipite deuotione,
 qua Rex, viuifica Crucis signum. Illud in consideratio-
 nis vestræ scrutinium deducentes, quod viris quantum-
 cunque magnificis, quantacunque dignitate præditis
 & virtute, ad gloriam magnam ascribitur, si eis quouis in
 bello Dominorum insignia gerere concedatur: Sub qui-
 bus contingit frequenter, non sine salutis æternæ discrimi-
 ne mortis subire periculum, sub cuiuslibet irremunera-
 tionis. Quanto igitur gloriosius, quanto securius Regis re-
 gum, in eius bello, victoriosum gestare vexillum, salutife-
 ram videlicet Crucem? Sub qua, deuotione congrua, puro
 corde

corde suscepta, conceptum prosequenti. munditia con-
 tinua propositum mori est vite perennis initium, transi-
 riæ mortis finis, retributionis inestimabilis certitudo. Fe-
 stinate itaque, festinate ad salutis vestræ properate compe-
 dium. Accendatur cuiusque virilis animus & consilium
 attendentes; quod si forte labor maior ex dictarum civitatis
 captione proponitur, merces vberior subsequetur, cum ho-
 ut scriptum est, Secundum laborem accipiet unusquisque
 mercedem, corpora vestra & corda pariter eiusdem vici-
 cæ Crucis signo in terræ sæpe fatum subsidium insigni-
 nunc præcipue dum ipsius terræ subuentio multis & ob-
 per Sedem Apostolicam exquisita vigiliis, multis labo-
 ribus & honoribus procurata, sed diuersis & aduentibus
 aduentibus diutius impedita, diuina, vt supponit deus
 credulitas, prouisione dirigitur, & ad excipiendas terræ
 ipsius angustias, eamque de impiorum manibus eruen-
 dam efficaciter sub spe diuini numinis præparatur. Si-
 quidem charissimus filius noster Christianissimus Prin-
 ceptus Eberhardus Angliæ Rex illustris post tractatus ve-
 rios super generali & suo passagio in ipsius terræ sub-
 sidium faciendo, diuersorum Pontificum Romanorum
 temporibus habitos, nouissime tanquam benedictionis be-
 lius, nostris beneplacitis acquieuit, & vt post Christum
 iuxta consilium eius eam, seipsum abnegans ac tollens, et
 eundem sequatur Dominum, crucem suam, terminum, be-
 stum videlicet Natiuitatis beati Ioannis Baptiste, quod est
 Anno Domini M. CC. XC tertio, & ei ad transfren-
 dum personaliter nec non ad dictum generale passagium
 cruce signatis & cruce signandis omnibus duximus præ-
 gédū, humiliter acceptauit; semetipsum exponere sui Ro-
 demptoris obsequiis terræ præfatæ personaliter subueni-
 do disposuit, negligēs natalis soli dulcedine, prætermittens

regni sui terrarumque diuitias, spernens delicias, & gloriam
 inibi dominandi. Non igitur cunctemini amplius prædi-
 cti gloriosi vexilli Dominici caractere insignia mercâtes,
 felici commercio perpetuam post defunctionem corporis
 ex ignominio perpetuitatis comparatione vix momenta-
 neo labore quietem & permutatione consulta, terrena pro
 caelestibus comutantes, transitoria permansuris, tēporalia
 pro æternis. Ceterum licet ad excitandos vestros animos in
 terrę memoratę succursum sufficere debeat solers attentio
 præmissorū, vt tamen eiusdem terrę negotium eo libētius,
 eoque seruentius prosequi studeatis, quo potiozem fructū
 ex vestris laboribus vos noueritis percepturos: Nos de o-
 mni potentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli
 Apostolorum eius auctoritate confisi, & illa quam nobis li-
 cet indignis Deus ipse ligandi & soluendi contulit potesta-
 tem, omnib. qui vexilli Dominici caractere insigniti per-
 sonaliter propriis sumptibus in prædictæ terrę subsidium
 proficisci curauerint, plenam suorum peccaminum, de qui-
 bus veraciter fuerint corde contriti & ore confessi, veniam
 indulgemus, & in retributione iustorum salutis æternæ pol-
 licemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expen-
 sis, in propriis tamen illuc personis accesserunt; & illis simi-
 liter qui iuxta qualitatem & facultatem suam personas ido-
 neas in expensis propriis destinabunt, quamuis personali-
 ter ipsi non vadant, plenam suorum cōcedimus veniā pec-
 catorum. Huiusmodi quoque remissionis & indulgentiæ
 volumus & concedimus esse participes, iuxta quantitatem
 subsidij & deuotionis affectum, eos qui licet non iuxta qua-
 litatem & facultatem suam, aliquem tamen seu aliquas per-
 sonas in subsidium dictæ terrę propriis sumptibus destina-
 bunt, vel de suis temporalibus bonis cōtribuent, ad aliquas
 destinandas. Nec non omnes qui ad subuentionem ipsius
 terrę de bonis eisdem aliqua ministrabunt, prout singulis
 diui-

diuina fuerit inspiratione suggestum: aut aliàs ad prom-
 tionem præmissi negotij consiliũ & auxilium impendendum
 oportunum. Porro si forte aliquos eorum, qui cruce sub-
 pra in iam dictum terræ sanctæ subsidium proficiscendũ
 borem subierint, post arreptum iter eiusmodi, ex hac
 migrare contigerit, ipsos nihilominus plene percipere vo-
 lumus Indulgentiam prælibatam: personas quoque familiares
 & bona eorum, quos ad transfretandũ personaliter, vel
 extra quantitatem & facultatem suam, personas idoneas
 stinandi, votum assumptæ iam Crucis adstringit ex-
 Quos verò suscipiendæ Crucis de cætero votum obligat
 ad idem, à die qua taliter Crucẽ assumserint, sub Beati
 tri & nostra protectione suscipimus, statuentes, vt sub
 cesianorum defensione suorum consistant. Quod si eos
 qui indebitè molestare præsumserint, per diocesanos
 eorum, in quibus ijdem molestatores fuerint, per Cen-
 Ecclesiasticam, appellatione postposita compellantur.
 Præterea ipsis qui prædicto modo, Crucem vel iam assu-
 pserint, vel assument impostero, indulgemus, vt per
 dis Apostolicæ litteras, vel Legatorum eius (nisi forte
 quæ ab eadem Sede obtentæ fuerint, plenam de indebitè
 huiusmodi fecerint mentionem) extra suas dioceses
 valeant conueniri: dummodo parati existant, coram
 Ordinariis, de se querelantibus respondere: quos per
 dem Ordinarios Ecclesiastica cësura defendi, cessante
 pellationis obstaculo, volumus ab iis, qui eosdem
 indultum huiusmodi præsumserint temerè molestare.
 qui verò ipsorum ad præstandas vsuras iuramento tenentur
 adstricti, creditores eorum, per diocesanos suos
 sura simili compellantur, vt iuramentum huiusmodi
 nitùs relaxantes, ab vsuræ vltèrius exactiõne desistant.
 autem aliqui creditorum eos extunc ad solutionem cogunt.

rint vsuratum, ipsos ad restitutionem ipsarum per eosdem
 diceceanos, simili volumus distinctione compelli. Iudæos
 quoque ad remittendas ipsis vsuras per secularem compelli
 precipimus potestatem: & donec eas remiserint, ab om-
 nibus Christi fidelibus, quib, hoc per suos diceceanos de-
 nuntiarum extiterit, tam in mercimonijs, quàm in alijs sub
 excommunicationis pœna iubemus eis communionem om-
 ninimodam denegari. Postremò Cruce signatis & Cruce si-
 gnandis eisdẽ, volentes plenius prouidere, diceceanis ipso-
 rum ac nonnullis alijs absoluendi eos ab excommunicationis
 sententijs, in varijs casibus de quibus secundũ facti exi-
 gentiam putauimus expedire, nec nõ dispensandi cum cle-
 ricis. Qui cum à Canone vel homine latam sententiam in-
 currissent, irregularitatis notam immiscendo se diuinis of-
 ficijs, contraxerunt, per alias nostras literas plenam & libe-
 ram concedimus facultatem. Datum apud Urbem vete-
 rem Calendis Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

Auctoritate igitur sedis Apostolicæ atque nostra vobis
 præcipiendo mandamus, quatenus vniuersa & singula su-
 pra dicta mandetis sic sollicitè publicari & exequi diligen-
 ter, vt per vestræ sollicitudinis exercitia diuinæ propitia-
 tionis præmium pro deuotis vestris meritis capere valeatis.
 Datum Salzburgæ, Anno Domini M. CC. XCII. in die
 Purificationis Virginis gloriosæ.

Venerabili in Christo Patri & amico charissimo Hein-
 rico venerabili Episcopo Ratisponensis Ecclesiæ, Cunra-
 radus Dei Gratia sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archie-
 piscopus, Apostolicæ sedis legatus, salutem & fraternam
 in Domino charitatem.

Noueritis nos literas sedis Apostolicæ saluas per omnia
 recepisse, per ordinem in hæc verba.

Nicolaus

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Saltzburgenſi eiusque Suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem.

Terræ sanctæ miserabilem statum non absque graui-
 maritudine intermentis nostræ præcordia recensentes, ac
 que ad liberationem ipsius nostræ simul & desideria con-
 uertentes & studia, inter multa operosa subsidia, quæ
 terre, Deo auspice, fructuosa sedulo procurare atque impo-
 dere studuimus & studemus, generale passagium pro eius-
 dem terræ subsidio in festo natiuitatis beati Ioannis Bap-
 tistæ, quod erit anno Domini M. CC. nonagesimo tertio
 de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, sicut
 in aliis literis, per quas ad subuentionem eiusdem vniuersi-
 tatis Christicolæ exhortamur, quasque vobis vna cum præ-
 tibus mittimus, euidentius declaratur. Ut autem ad sus-
 currendum promptius in eodem passagio terræ præ-
 per diuini verbi virtutem mentes fidelium salubriter ex-
 tentur, Christicolis per diuersas Christianitatis partes pro-
 ponendum deliberauimus verbum Crucis. Ad exequen-
 dam deliberationem huiusmodi vos eo confidentius de-
 gentes, quo magis ad compatiendum & subueniendum pro
 viribus terræ prædictæ pastoralis officij pietas vos inuincat.
 Ideoque prædicandæ ipsius viuificæ Crucis mysterium, cui
 frater Archiepiscopo, in tua prouincia, vobis autem Suffra-
 ganeis, singulis in ciuitatibus, & diocesis vestris præ-
 tium auctoritate committimus, fraternitati vestræ in re-
 missionem peccaminum iniungentes, quatenus huiusmo-
 di ministerium iuxta datam vobis à Deo prudentiam, non
 obstante, quod hoc idem aliis sit commissum, quorum de-
 fectum per vos nolumus impediri, solerter & efficaciter co-
 equi studeatis, omnes fidei orthodoxæ cultores ad tam
 negocij prosecutionem idoneos prædicationibus crebri-

& sedulis exhortando, vt ad liberandam dictam terram de manibus impiorum victoriosum eiusdem viuificæ crucis signum deuotè suscipiant, & propriis assignantes humeris ac magis cordibus imprimentes reuerenter & publicè deferrant, atque ad eiusdem occursum in prædicto passagio generali promptis animis totisq; viribus se accingant. Quod quidem vniuersale signum volumus, vt cunctis deuotè penitentibus concedatis, generaliter omnibus prædicantes, quod qui eandem crucem susceperint in prædictæ terræ subsidium vel personaliter in propriis aut alienis expensis accedete vel iuxta qualitatem & facultatem suam bellatores, seu alias personas idoneas destinare; vel saltem, si ex causis legitimis Ecclesiæ opportunū fore videbitur, susceptæ Crucis votum ad arbitriū Apostolicæ sedis seu eorum, qui ad hoc deputati fuerint, per ipsam de facultatibus suis redimere tenebuntur. Hos autem qui taliter huiusmodi votum redemerint, remissionis & indulgentiæ, quod transfretantibus in subsidium antedictum conceditur, volumus & concedimus esse participes, iuxta quantitatem subsidij quod impendent & eius qui hoc facit, deuotionis affectum. Aliorum vero priuilegiorum & immunitatum seu gratiarum, quæ ipsis transfretantibus per præsentis, & alias vniuersis directas fidelibus nostras literas conceduntur, plena eos volumus commoditate gaudere. Insuper omnes, qui hactenus idem signum pro eodem subsidio susceperunt, mouere & inducere procuretis, vt illud, si fortè dimiserint, reserentes alacriter votum Domino reddere studeant, quæ uouerunt, terræ præfatæ subuenire efficaciter, vt tenentur. Cum omnib. autem Christi fidelibus, qui eidem terræ succursum impenderint opportunum, unicuique secundum proprium meritum indulgentiam salutarem, ac maximè illis, qui cruce suscepta in ipsius terræ subsidium, vel per-

Y y

sona-

Canu
J
y
24

sonaliter ibunt, vel personas idoneas iuxta qualitatem & facultatem suam in propriis sumptibus destinabunt, multiplicium gratiarum beneficia concedamus, sicut in nostris literis prælibatis seriosus continetur. Earundem literarum tenorem per vos populis Christianis volumus frequenter & diligenter exponi. Ita siquidem provide quod & beneficia supra dicta, quæ ipsis intra concedimus, & copiosam mercedem, quæ ipsis præparatur in celo, cognoscere valeant & amare, nec tamen ex verbis concipiant, se aut plenam in casibus, in quibus nequam conceditur, aut maiorem quam concedatur indulgentiam promereri; Sanè ipsos populos ad certa & idonea loca, quoties expedire videritis, conuocandi ad verbum Crucis humiliter audiendum, ac omnibus vobis pœnitentibus & confessis, qui ad huiusmodi vestras prædicationes conuenerint, & idem verbum audierint reuerenter, centum dies de cunctis sibi pœnitentiis relaxandi vobis auctoritate præsentium concedimus facultatem. Quando autem ad Ecclesias interdicto suppositas vos aduenire contigerit, liceat vobis ad ipsas populos conuocare, & verbum Crucis proponere in eisdem, nec non excommunicatis & interdictis exclusis, nõ pulsatis campanis, submissa voce, ianuis clausis, cum vestris familiis diuina celebrare. ad hæc si qui eorum, quos ad transfretandum personaliter, vel iuxta qualitatem & facultatem suam personas idoneas destinandi votum assumpserit iam Crucis stringit vel assumendo deinceps obligabit, ad idem excommunicationis pro violenta iniectioe manuum in personas Ecclesiasticas essent vinculo innodati, dummodo non fuerit difficilis & enormis, & passis iniuriam satisfaciendæ petenter, siue pro eo quod Sepulchrum Domini visum seu ad quaslibet alias terras accedere vel aliquibus con-

municate non tamen intermine contra prohibitionem Ecclesiæ præsumperint; dummodo equos, arma, ferrum seu ligamina, quibus Christianos impugnant non portauerint Saracenis, absoluedi eosdem in forma Ecclesiæ, ac dispensandi cum clericis, qui cum excommunicationis sententiam latam à Canone vel ab homine incurrissent irregularitatis notam, immiscendo se diuinis officiis, seu ministrando in susceptis ordinibus contraxerunt, vobis & vestrum cuiuslibet concedimus potestatem, ita videlicet quod beneficium absolutionis & dispensationis huiusmodi singuli vestrum omnibus, qui de ipsorum manibus Crucem susceperint, dummodo personæ sint cognitæ. Ac nihilominus tu frater Archiepiscopo omnibus de tua prouincia, singulis Suffraganeis de ciuitatibus & diocæsesibus vestris iam Cruce signatis in posterum impertiri præuia discretione possitis.

Ceterum licet hoc prædicandæ viuificæ Crucis officium nonnullis religiosis per alias nostras literas committamus, nihilominus, vt quo plures cooperatores habeatis, eo vberiores fructus ex agro Dominico producere valeatis, vobis præsentium auctoritate concedimus, vt tu frater Archiepiscopo, quatuor de quibus vestrum Suffraganeorum duos viros honesta conuersatione probatos & ad huiusmodi aptos officium possitis eligere, ac mutare, quoties opportunum fore videritis, qui crucem in vestris ciuitatibus & diocæsesibus prædicent, prout eis vestra prouidentia duxerit committendū. Quibus quemadmodū vobis facultatem concedimus, vt conuenientibus ad prædicationem ipsorum, prædictam indulgentiâ centum dierum valeat impertiri. Porro quod dignus est operarius mercede sua, singulis vestrum & eorum, quos ad prædicationē Crucis, vt dictū est, duxeritis assumēdos, in hoc diuino fideliter labo-

Yy 2

ranti-

Can
II
Suffraganeis
Suffraganeis
24

rantibus opere, præter mercedem æternam, quam merito sperare potestis, quotiescunque studueritis populis ad hoc specialiter conuocatis, proponere verbum Crucis, centum dierum indulgentiam elargimur, ac vos & ipsos indulgentiæ memoratæ, quæ transfretantibus in subsidium sæpè datum conceditur iuxta laboris vestri mensuram volumus participatione gaudere.

Denique volumus, vt tu frater Archiepiscopo singulis Suffraganeis tuis sub tuo, & quilibet vestrum singulis vicis quos, vt præmittitur, ad ministerium prædicandæ Crucis elegerint, sub suo sigillo tam præsentium, quam aliarum litterarum nostrarum, quæ Christicolis omnibus dirigitur, copiam faciatis, vt earum tenorem inspiciendo frequenter tam vos quam ipsi de his, quæ nobis committuntur agentibus reddamini plenius informati.

Postremo quod diuersis olim temporibus, nonnullæ scilicet per prædicatione Crucis in sæpe dictum subsidium commissiones à sede Apostolica emanarunt, ne forte occasione illarum turbatio vlla siue confusio valeat suboriri: Nihilominus vt auctoritate commissionum illarum in locis, ad quæ commissio nostra peruenerit, Crux de cætero prædicetur, sed prædicationi huiusmodi, eos duntaxat insistere volumus, qui præsentis nostræ commissionis fuerint auctoritate suffulti. Datum apud Urbem veterem Kalendis Augusti Pontificatus nostri anno quarto.

¶ Auctoritate igitur sedis Apostolicæ atque nostræ vobis præcipiendo mandamus, quatenus vniuersa & singula præmissorum, quæ superius continentur, mandetis sic sollicitè publicari & exequi diligenter, vt pro vestræ sollicitudinis exercitio de me propitiationis præmium pro deuotis mortis capere valeatis. Datum Saltzburgæ anno Domini millesimo C. C. X. C. II. in die sancto Purificationis Virginis gloriose.

Isti sunt, quorum hæreditas cum castris & prædijs ad Ludvicum Ducem & filium eius sunt deuoluta. Fridericus & Hermannus Lantgrauii de Stefrunge. Vlricus Comes de Velburch & Chlamine, Tres fratres Purchgrauij de Rietenburch vel Rat. Otto liber de VVerd apud Haelingenstat, Tupoldus Marchio de VVhenburch & Chambe, Chunradus Dux & Chavv. Fridericus & Otto de VVitemspach Comites Palatini, Heinricus liber de Lantsperch apud Lech flumen, Heinricus Marchio Isteræ de Andechsen, Otto fratruelis suus Dux Meraniæ de VVolfrahusen, Otto Comes de Phalagia, Siboto Comes de Hadmarsperch, Chunradus Comes de VVazzerburch, Alheit Comitissa de Moren, quæ habuit castrum in montanis, Sifridus & Bernardus Comites de Leuberavve, quorū erat ciuitas in Purchusen; Chuno Comes de Melinge; Ernhardus Comes de Dorenberch, Heinricus liber Vilsperch, Chalohus Comes de Chirchperch, Ratoldus liber de Chag, Pabo de Elbrechtschirichen, Hadmar & Rapoto fratres de Ahusen siue Landavve, Heinricus Comes Ortenberch & Rapoto frater suus Comites Palatini Baiuariæ, Leupoldus, Berchtoldus, Albertus Comites de Bogen, Ludvicus liber de Hagenavve. H. & L. liberi de Henchoen, Itē Rapoto Palatinus, Insuper ministeriales de Rotal. Item Otto Comes de Gruempach, Hoholdus gener suus de VVoltmrotsa; Item Comes de Mospurch. Item liber de Vitendorff.

FINIS.

Ꝛy 3 SANGAL.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the number '24'.